



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

280. Dominica 16. post Pentecost. De Liberalitate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Dominica 16. post Pentecosten. 497*

fuisse, super eam Spiritus sanctus non quiescisset.  
S. Ephrem. serm. de laud B. Virg. eam, ait,  
esse *Lilium convallium*. Plenam iustitiam: Quia  
MARIAM tanquam mundum specialissimum  
sibi condidit DEVS, quem iustitia & sanctitate  
fundavit, ita D. Bernardus supra.

*Conf. 2.* Quantum distem ab his virtutibus.  
Gratulabor Virgini earum perfectionem,  
dolebo me, tam dissimilem filium Matri.  
Renovabo proposita hebdomadae, & gra-  
tiam ea exequendi postulabo.

MEDITATIO CCLXXX.

*Dominica 16. post Pentecosten.*

*De Liberalitate.*

Aspiciam D. JESUM liberalissimum, &  
in multiplicatione panum, & in muta-  
tione aquae in vinum; iussit enim hydrias  
impleri ad summum, & in effusione sanguinis  
liberali. Petam ejus fieri particeps.

*Conf. 1.* Liberalitas est Virtus, quae ap-  
petitum bonorum utilium moderatur, eae-  
que alacriter in propriam ac proximorum  
utilitatem, & pro honore Dei alijs elargitur.

*Conf. 2.* Incitamenta. 1. Exemplum Dei,  
qui dat omnibus affluenter, & nemini im-  
properat. 2. Dispensatores sumus juxta Dei  
voluntatem, distributiones a nobis facien-  
dae. 3. Divitiae, & dona temporalia sunt ta-  
lentia,



498 *Dominica 16. post Pentecost.*

lenta, quæ ad salutem distribuimus, avarè retinemus. 4. Exemplum Christi, qui ut fuit nostri amantissimus, sic erat liberalissimus; quia liberalitas est filia charitatis.

*Conf.* 3. *Actiones.* 1. Libenter pecunias & bona temporalia in suum & proximi commodum, Deique honorem impendere. 2d Quæ ad usum cõcessa, sine tardio alijs commodare. 3. Bona altiora, doctrinam, consilium, & exemplum dispertire, & talentis sibi datis uti in bonum proximi. 4. Absentibus & ignorantibus subsidia temporalia administrare. 5. Tempus vanis occupationibus præreptum bono plurimorum offerre, & diem illum, quo non fuimus utiles Ecclesiæ, aut proximis, malè insumptum putare. 6. Non ita temporalia profundere, ut insipienter insumantur, nec ita spiritualibus talentis velle prodesse, ut nostra perfectio attenuetur. Petam liberalitatem Domini JESU Eucharistici imitari, qui non cessat se totum ibidem nobis communicare.

MEDITATIO CCLXXXI.

*Seria* 2. *Domin.* 16. *post Pentecost.*

*De Longanimitate.*

**V**idebo Longanimitatem in D. JESU, qua Apostolos valde defectuosos sustinebat, & perficiebat, Luc. 21. Joann. 13. &c. Petam eum imitari, *Conf.*